



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXIX. Virtus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

III.

Virginitatis defloratio non facit conjugium, sed pactio conjugalitatis, c. cum nuptia 27. quæst. 2.

IV.

Virgo expetita magis videri debet à viro, quam virum ipsa expetisse, c. honorantur, in fin. 32. quæst. 2. vide Casaubon. Exercitat. 1. ad apparatus Annal. Baron. cap. 23.

CAP. XXIX.

Virtus.

Axioma I.

Virtutes sunt inferendæ hominum animis. pro-
cem. Clem. extravag. sancta in fin. de relig. do-
mib. Virtus enim nobilitat hominem, gl. in l. pro-
hibendum 7. §. verb. nobilissimos. C. de postuland.
c. nunquam 4. distinct. 56. gloss. in c. quoniam ve-
ruto 25. verb. invidia. 24. quæst. 1. Panorm. in c.
super eo de testib. ac quemque clarificat, c. pen. de
consecrat. dist. 5. consentit Plaut. in Amphitr.

Virtus præmium est optimum, virtus omnibus
Rebus anteit, profecto libertas, salus, vita,
Res, parentes, patria & prognati tutantur, ser-
vantur.

Virtus omnia in se habet, omnia adsunt bona,
quem penes est virtus, vid. Honthem. de art. No-
tar. c. 14. n. 10. Unde etiam in collatione benefi-
ciorum in Ecclesia virtutum & vitæ honestas po-
tius quam generis nobilitas attenditur, c. pen. extr.
de prebend. & dignit.

II.

Virtutibus præmia tribuenda sunt, Clem. cu-
pientes. 5. in pr. de pen. ubi autem virtus exulat,
quorum virtutis præmium, l. 14. ff. de re militar.
l. 1. C. de Castrenf. pecul. l. 1. C. de agentib. in reb. l.
fin. C. de tyrocin. l. 1. C. de Assessor. l. 2. §. 9. de offic.
praefect. Afric. in fin. l. 1. cum seq. C. de offic. Magi-
stratus l. unicuique 7. in princ. C. de proxim. sacr.
scrip. cap. Vulturana 12. c. de rebus 12. q. 2. c.
unic. de relig. & venem. sacr. in 6.

III.

Virtutis sub specie sæpe se vitia ingerunt, c. sæ-
pe 6. dist. 41. vid. infr. cap. de Vitiis, ax. 2.

IV.

Virtus in adversitate probatur, c. adversitas &
seq. 7. q. 1.

V.

Virtuosi nunquam erubescunt de vitiis paren-
tum, c. nunquam 4. dist. 56.

VI.

Virtutes parentum filii debent amplecti, non
vitia eorum, c. nunquam 4. dist. 56.

CAP. XXX.

Vis.

Axioma I.

Vim coercere est legi subsidium ferre, arg. c.
sicut 8. extr. de excess. Prælat. non contra legem
agere, c. sicut 2. extr. de privileg.

II.

Vis omni tempore excusat, c. de illa 9. extr. de
desponsat. impuber. c. 1. extr. de iis que vi. etiam à
promissionibus, c. ad audientiam 4. extr. eod. ita

vis absoluta excusat à toto, §. 1. & c. tolerabilis
32. q. 5. conditionalis vero excusat à tanto, sed
non à toto, c. in primis §. gloriosus. 2. q. 1.

III.

Vis inimica est Legibus, c. Christianis. in fin. 11.
quæst. 1. & non tantum attenditur in manu in-
jectione, sed etiam temeritas & injuria, c. con-
tingit 36. extr. de sent. excomm. hinc si vi iura-
mentum sit extortum, illud non valere, textus est
in c. verum 5. extr. de iurejur. idem esse in spon-
salibus vi contractis refert c. ex literis 11. de despon-
sat. impuber. ideoque vi rapta sponsa, si eam,
sponsus recipere noluerit, alii nubere potest, c.
ult. extr. de iis que vi. Unde etiam qui vi & in-
iuste secundum beneficium occupat, primo ipso
jure privatur, c. cum 8. de prebend. & dignit. in
6. & generaliter vi ablata debent restitui ante litis
contestationem, c. oportet. 3. q. 2. adeo ut vi aut
timore eiectionis vel rebus suis spoliati non debeant
vocati respondere, antequam restituatur, c. ult.
5. quæst. 2. & violentus rem cum fructibus, etiam
qui percipi potuissent, restituere, damna refarci-
re & de injuriis satisfacere compellitur, c. gravis
11. extr. de restit. spoliat. nisi ubi Lex aliquando re-
nus vim inferre permitteret, veluti in casu l. 1. §.
2. de vi publica. quemadmodum & in simili in o-
dium flagitiosum hospitii præbiti susceptorem alea-
torum impunè verberare sinuit, l. 1. pr. & §. 2. ff.
de aleator.

IV.

Vis & vis differunt, c. de muliere 6. extr. de
sponsal. Non enim quælibet vis est ejusdem ge-
neris aut ponderis, aut momenti. Cujac. in recit. ad
d. cap. 6.

V.

Vis illata non præsumitur, sed probanda.
Limita: operarum rusticarum possessio & ser-
vitia indebita per dominorum vim extorta esse
præsumuntur, Brunnem. ad l. 2. C. ne rustic. ad ul-
tum obseq.

VI.

Vim vi repellere licet, l. ne vim. 3. ff. de
just. & jure. l. 1. & per tot. ff. de vi & vi ar-
mat. l. scientiam. 45. §. qui cum aliter. 4. ff. ad
leg. Aquil. l. 1. si quis aggressorem. & l. si quis
percutso rem. 3. C. ad leg. Corn. de sicar. c. si
gnificasti. 18. de homicid. cap. si vero 3. c. per-
pendimus 23. de sentent. excomm. cap. dile-
cto. 6. eod. tit. lib. 6. (est enim vis per vim
repulsio juris naturalis, c. jus naturale 7.
dist. 1.) Exornant Lap. allegat. 52. in princ.
Bald. consil. 143. Super questione, n. 2. & 3.
lib. 2. ubi declarat Barthol. Peret. ad ex-
travag. ambrosiosæ. de reb. Eccles. non alie-
nand. verb. infringere. n. 38. Thom. de Tho-
masset. in floribus legum, reg. 306. ubi dicit
procedere, quando vis vi repellitur ob
necessariam defensionem sui corporis, &
cum moderamine inculpatæ tutelæ, col.
12. extr. de restit. spoliat. Bellet. disquisit.
clerical. p. 1. tit. de disciplina cleric. §. 5. n. 103.
& tit. de favore clericor. Canonis. §. 2. n. 2.
Ugolin. de potest. Episc. c. 29. §. 1. vers. secun-
do non